

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Joannis Reuchlin Phorcensis LL. doctoris celebratissimi
Sergius uel capitis caput**

Simler, Georg

Tubingae, 1513

Actvs secvndvs

[urn:nbn:de:bsz:31-270887](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270887)

ACTVS SECVNDVS XLIX
PHARISEVS. HELVO. LIXA

PHA. Quid est q̄ isti lotum eunt rabulæ nequam?

Qui cuncta quæ loquuntur obligant metro

Et uersibus suos poetantur iocos.

Heus uos quid est quod efferūt gremio foras?

HEL. Quid te attinet; uix ipsi hoc ipsum scibimus.

Fors larua scenis apta fiet ludicris

Vbi lauabitur. aut erit quoddam organum.

In hac scæna piacularis audaculorū corrigitur temeritas (si importu
nitas & impudentia corrigi potest) qui de rebus ad se nihil attinentib⁹
sibiq; penitus ignotis iudicium statuūt, non attendētes illud Pomponii
ff. de regulis iuris, Culpam esse si quis immisceat se rei ad eum nō per
tinenti, Neq; audiūt illud Periandri ἐπισημαλὲς προπετείᾳ, temeritas
periculosa, His sunt qui uirulenta criminosaq; blateratione cōtaminant
omnia, humanitatēq; quam exuerunt ipsi ab aliis amoliri conantur, ob
trectantes uellicantesq; inscite & maligne, quicquid honestius dictum
non consonat eorum hallucinationi, quorū foricinæ nentæ & lingua ni
mis factiosa Menalio ramo deberet retundi, Odium nanq; terræ ambu
lant, minus frugi quam fungus putidus, Libitinas hoc genus hominū
uetustas appellauit, Apuleio auctore in floridis, Sed quid nos in eos in
uehimur; cum natura ipsis accerrimū addiderit supplicium errorē stul
ticiamq; quib⁹ nihil est perniciosius uelut Cebes testatur, quo nemo ue
rius, ait em, ἡ γὰρ ἀφροσύνη τοῖς ἀπρόσωτοις σφίγς ἐστίν. Nam insipientia
hominibus sphinx est. i. mōstrum interimēs. Sed iam pharisēū nostrum
audiamus, qui cum male sentiat, quā bene agat omnes percipiēt, Quid
est quod. i. l. e. Ecce in ip̄o iam uestibulo temeritatis excubat periculum,
Lotum eunt. Lauren. Val. homo alioqui doctus & in noscendis ueteri
bus scriptis perquā exercitus si a temeritate abstinuisset mirat̄ summo
pere publicā hallucinationē tam diu a nemine animaduersam, sic semp
loquentiū, eo lectum, uenio lectu, addit etiam qui error unde profectus
& quo ex fonte imperitiæ emanauerit nescio. Vellem ego Laurentium
non tam temere scripsisse (nam diuo Hieronymo non pepercit sua cri
minatione impudentiore) sed forsan eodem morbo erroris corrept⁹
ir quo cæteri, Laurentius ille uocat errorem latinissimorū imitationem
eruditissimorūq; Sic Cato de agricolatione li. i. ubi uillici colligit officia
primus inquit cubitu surgat, postremus cubitum eat. Sic Plautus in cas.
(quem latine linguæ delicias prædicamus) Redit ecum tandē obsona
tu, Et in Mengchmis, prius iam conuiuæ ambulat ante ostiū, quā ego

Audaculi

Ignorantia
hominum
pestis

Contra
Lau. Val.
su Reuertor
auditu

F

obsonatu redeo, Sic Papinius in carmine achilleidos. Extunc uenatu rediturū in limine primo, Opperiens, Eruditionē & industriā tuā Laurenti exosculor, temeritatē insector, qua male percitus in omēs benedicēdi auctores uelut phariseus iste debacchatus es, ad institutū repedemus,

Rabula
Nequam

Metrum

Uersus

Deuerra

Deuerra

Poctor

Attinet ad
nos

Scibo

Fors
Organum

Stridere

Rabulæ nequā. cauillatores caniculę Nequā proprie a libidinosa dictus est inertia, q̄ nihil queat, nullęq; rei aptus sit, Vnde & nugę q̄ nihil agant, ueta nō agēdo, Rabulæ etymon alibi explicauimus. Obligat metro. numeris stringunt, & innētūt modulis mensuratim. Nam metron mensurā significat. Inde uersus metra, q̄ mensura nō careāt, Uersibus, carminibus & numeris a uerrēdo, quod trahere & repurgare significat, M. Tul. in paradoxis, qui uerrunt, qui spargunt, Inde Deuerra dea Augustinus de ciuitate dei lib. vi. luena. Verre pauimentū. Vnde euerriū apud Varronē de agricolatiōe ca. ultimo, Et uersus in orōne prosa significat q̄d nos uulgo lineam dicimus, Mar. Tul. in Bruto. Tot millibus uersuū. Suet. in Augusto, Et apud Asconiu Pedianū frequētissima sit mentio uersuū. Nec nō in proce mio digestorū, & C. de ueteri iure enucleando, Poctantur. fingunt, faciūt, græce ποικιλια, sed fingere non significat mentiri, ut uulgus semidoctū blaterat, Nā coelū & terram dicit græc̄ ficta esse factaq;. Et deū optimū maximū fictorē uel poetam. Quid te attinet, tua interest, recte, Nam culpa est immiscere rei &c. ut supra, Dicimus attinet ad me. Terē. in adel. Quod ad illū attinet. Et in Andria. Nihil ad me attinet. Præpositionē detractā esse autumo carminis gratia, Prisci. li. ii. de cōstructione scribit latinos frequēt̄ dicere ad illū attinet, & illi, Plautus, quod ad argumentū attinet, in Asinaria, Sed in captiuis ait. Nunc iam cultros a terret, ubi attinere significat tenere, Vix ipsi scibimus, antique dictū proficiemus. Marcel. in collecta neis id genus plura collegit de mutatis coniugationibus. Et Plautus in capti. Ex me audibis uera, Tu de hac re Donatū in secūda editiōe legas Fors. forsan, ntūs pro aduerbio, Prisci. li. xv. Vir. Et fors æquatis coepissent premia rostris. Aut erit q̄ddam organū, instrumentū musicum. Machinā quoq; organū significat, ut est apud Vitruiū li. x. Inde fabricatores organorū organarios dicimus. Iulius Firmicus in iii. mathecos PHA. quale organum? uultis ne uersus fistulis Stridere? an ex persona eaple quam lauit Turpes poetæ personare uersibus Nugas leues uetitas & illeges libris. Uultis ne. v. f. f. Stridere uerbū est contemptus ad musicū prolātū, Vir. Non tu in triuiis indocte solebas. Stridenti miserū stipula disperdere carmen. Nā stridor proprie funiū est. Notandū autē q̄ strido uerbum ex his est quæ diuersarū coniugationū inueniunt. Priscia. li. ix. Vnde syllabam

ACTVS SECVNDVS LI

habet interanea uel mediastina biemporeā uel mediā. Nā penacuiſ in ſecundo, corripit in tertio ordine. A ſtrideo fit ſtridi & ſtrifi, ſed hoc poſteri⁹ pun̄ euphonia ab uſu exterrinauit, Prifcia. li. x. Ex perſona, larua, Eapſe. pre eapſa, ſicut reapſe pro re ipſa. Pacuuſus. Si non eſt ingratum reapſe quod feci, Illeges, ſpurcos, legi pudoris non parentes.

LIX. Hypocrita & nulli ualoris æmule

Aulis poetarum ſacrata mūnera

Temere profanare impio ore iſto tuo

Anas oleto læta fit, pullaſtra edit

Exputa ſpurca, anſer cloaca paſcitur

Foricas fueſ, porci latrinas eruunt.

Lixa. Excandefcit Lixa in ſacrilegum, qui ſanctos poetas lingua temeraria inuidiaq; uiolat. Hypocrita, ſimulator, aptiſſimū conuiciū in religioſum nomine tm̄, qui religionē habitu inceſſuq; emēitur, factis procul uerbis tenus. Hoc genere hominū nihil intolerabilius terra ſuſtinet fouetq;. Nam ignauiprimū & deſides, mox operiti pallio penulaq; mores & emolumenta religionis in lingua uerborūq; artes conuertunt, & uicia minis eacidiſ inuadentes intercubitibus ipſi uiciis ſcatent. Nulli ualloris Nulli uetus eſt declinatio ſecundū aliorū nominū regulā. Terē. Nulli gūs in an. Tam iners tam nulli cōſilii. Donatus. Prifcia. li. xiii. Æmule. liui dule, diſtū ſine laude acerbū. Alias æmulus eiſdē rei ſtudioſum ſigni. Emulus Vir. li. vi. Emulus exceptum triton &c. ſacrata mūnera, rectiſſime diſtū. Nam Plato nos admonet longa nimis prolixaq; orōne diuina pro uidentia, non hoīm inuentione, ſed deorū munere poeticā ad mortales deriuatā. Quod greci penſitantes uerbo qd modo ex aliquo quicq; face poetica re, modo ex nihilo creare ſignificat poetę nomen traxere. Et latini poetarū diuinitatē non uident ignoraffe, cū ab ea quę in hominibus maxime ineſt mentis ui, uates appellauerunt. Ergo ſancti ab Ennio poetę Poeta & ſacrata mūnera ab hoc noſtro dicunt. Phariſæus uero iſte in ſecūdo genere furoris conſtitutus (quē diuinus Plato in Ione ab humanis morbis proficiſci docet) hæc nihil attendit, Temere profanare, friuole, inſulſe, atrociter, inſaniter cōtamnare atq; impiare, Impio, ſacrilego, piaculſari, culpatiſſimo. Anas oleto læta fit. ſtercore, ſordibus. Alex. aphrodiſeus in proplematis quærſt, cur ſtercus ſiue hominis ſimus maxime fe Anas tidi odoris eſt, cum quorūdā animalium & maxime caprarum aromaticam ſua uolentiam fragret, Quoniam inquit homines multiſormi et humecto cibo affatim uelſcuntur, minusq; exercentur. Ideoq; non bene cōcoctum terti odoris cum primis eſt. Anates ponticas uim habere uenenis detegendis potentem. Aulus Gellius recitat ex ſcriptis Pompei magni liberti uolumine decimo ſeptimo capite decimo ſexto.

- Pullastra** Pullastra. parua adhuc adolefcentiq; gallina, Mar. Varro iuuenas gallinas appellat pullastras. A pullo etiā pullicinus ὑπολαπιδισκός .i. per diminutionem inclinatur. Exputa spuca. Sputum a saliuā hoc differre uolunt, Sputum humoris nimietate redundare, Saliuam uero nō modo humiditate, sed etiam uitio plærumq; hominis fieri, Anser a Plinio li. x. celebratur memorabili Lacydis philosophi historia. Cloaca. cloacali feculentia. Vlpianus li. xiii. digesto. Cloacam dicit esse locum concauum per quem colluuiēs quædam fluat & tubum & fistulam ea contineri appellatione, a colluendo, latina igitur dictio ut Festo placet, Inde cloacale flumen a Catone pro cloacarum omni colluuiē. Vulgo tamē pro loco quoq; accipimus quem alii a latendo latrinam dici maluerūt, Subscribere uidetur Cice. in oratione pro Plancio, dixisti inquit me arcem facere ex cloaca, Et Festus Pompeius, ubi scribit, Cloacare inquinare significat, Vnde cloaca, Idem de Nerone Tranquillus scriptum reliquit, q̄ redeuntes a cœna uerberare ac repugnantes uulnerare, cloacisq; demergere assueuerat. Sues. sus luto gaudet Horatius, & amica luto sus. Foricas. Latrinas. Nam foria sunt stercorea liquidiora, vñ foricæ, Saryricus poeta. Inde reuersi, cōducūt foricas. In foriolus q̄ foria facile emittit soluti scili. uentris. Lauerius, foriolus es & in coleos catas.
- Foria** Tu asinini onagri pullus auritus luto.
Cœnoq; gaudes belua indoctissima.
Doceſq; nos poematum sacra spernere.
Qz ea esse dicas execrata de libris
Cuius libris? Num uox dei Terentium
Spreuit? ne ad stimulum (inquietis) calcitres
Paulus Menandrum. Aratum. Epimenidem inuocat
Testes, prophetas, atq; ueri conscios.
- Onager** Asinini onagri. asini syluestris. Non inepte asinū syluestre appellat, omnem em̄ ciuilitatē exiit qui studia contemnit humanitatis, Aurit⁹ auribus magnis & prominentibus. Alias aliter significat, Festus. Belua indoctissima. fera pecus, Indifferenter beluam posuit antiquitas, a belua beluinus & beluina uolupras, Execrata. maledicta, exterminata, explosa. Cuius libris? expostulas cuius inquit libris, uelut diceret tuis quidem sed non diuinis humanisq; & philosophicis. Quod probat per instrumenti noui diuina oracula, sequens textus ex Hieronymo intelligi potest in epistola ad Magnum oratorem urbis Romæ. Ne ad stimulum inquit calcitres, calcibus infestes, Inde calcitrones equi qui calcibus infestant. Plautus in asinaria, Clamat procul si quem uidet ire ad se calcitronem, Horatius hoc uerbo est usus libro sermonū secundo
- Belua**
- Calcitrones**
- Recalcitrones**

ACTVS SECVNDVS A LIII

Cui male si palpere recalcitrat undiq; tutus. De cæsare Augusto dictū,
 qui respuebat adulationes blandientium, In edicto ædilitio scriptum le
 gitur, equus mordax ac calcitro uicifosus. Paulus Menandrum. Me
 nandri senarium Hieronymus esse dicit, Corruptū bonos mores con
 fabulationes malæ. Aratum. Illic biblia nostra in plæriscq; textibus **Scrutami**
 mendum habent, Nam pro Arato Horatius est suppositus, Sed in cor **ni scriptu**
 rigendis uaticinis libris nemo manum apponit, nolumus intelligere co **ras**
 ram principe uero, quem in dies solœcismis & barbaris adoramus,
 contra id quod scriptum legitur in decretis canonicis, Cum uoluntaria
 ignorantia omnibus sit noxia, sacerdotibus est periculosa. Item, quia re
 pulisti scientiam dicit dominus, repellam te ne sacerdotio fungaris. Au
 gustinus tamen benedictionem plus q̄ bonadictionem a sacerdotibus
 flagitat, sed huc res deuenit ut frequentius in manu sacerdotum malorū
 talos aspicias quam scalprum librarium, & forte gladium uel sicam, cō
 tra illud, Clerici arma portantes excommunicentur. Item in sacris pa
 trum constitutionibus hæc insunt uerba. Clerici qui arma uolentes sum
 pserint, reperti amisso ordinis sui gradu in monasterium perenniter tra
 dantur, Verum quoniam scriptum legitur, satis esse scribi existimant, nō
 fieri oportere, Vnde poeta satyricus, Esse aliquos manes & subterranea
 regna, Nec pueri credunt nisi qui nondum ære lauantur, Diceret forte **Quid tua**
 quispiam, quid tua interest, talos ne an tesseras uersemus, En accipe, an **interest**
 non inereff eorum qui in naui curruq; uehuntur aurigam quam peri
 tissimum conducere; ne salus omnium periclitetur, etiam dices si tu de
 numero sis uehentium, Sacerdotes autē (quemadmodum xc. v. distincti
 one legitur) positi sunt regere de ecclesia, aurigarum itaq; geris.

Epimenidem, ad Titum scribens, Prophetas, hoc & sancti confi
 tentur doctores, Gerson in lectione super Lucam, ait, apostolum hunc
 poetam prius autē prophetam uocasse, Ad laudem uero poetarum non
 nihil pertinere uidef, q̄ S. Thomas ad uirtutes inducere perdecens re **Laus poe**
 p̄sentationes scribit, & ante septē sapientes theologifantes extitisse poe **tarum**
 tas, Imperator in proœmio digesti ueteris cōstitutione prima Homerū
 poetā uocat patrē omnis uirtutis, Sapientes septē poeticę maxime studio
 sos fuisse, auctor est Anaximenes, Sibyllas taceo, Gentilitas primas par
 tes Aristoteli per ipatetico tradidit, hic eisdē apud priscos poetas & the
 ologos fuisse testatus est, & ipse de poetis scriptos reliquit libros trīs, nec
 nō de poetica facultate libros duos, At iam obiiciet mihi quispiā barba
 sculus osor poetarū, Diuū Hieronymū ob eorundē lectionē uirgis cęsū
 Ego Hieronymū respondere sinā in apologia cōtra Ruffinū, Vbi id fu
 ille somniū asserit, docetq; inibi ex prophetarū auctoritate somniis mi
 nime credendū, Cui illud Tibulli cōcinit. Sōnia fallaci ludūt temeraria
 nocte; Et apud Maximū poetarū scriptū est. Sed falsa ad supos mittunt
 in somnia manes, Alexadrū magnū sōniasse legim⁹ ne sōniis crederet.

Rerum omnium poesis est exordium
 Et ante cœlum, & ante mundum, præ omnibus
 Quod Moyſes uates tuus tibi ſuggerit
 Qui & ipſe luſit uerſibus poetiſcis
 Sapiunt poetæ doctioribus uiris
 Tibi fabulino barbaro indoctiſſimo
 Fanatico fatuo uidentur ſordidi
 Afellus ad lyram uetus prouerbium.

Rerum omnium poesis est exordium. Sic græcus in ſymbolo deum adorat omnipotentē *ὁπισθεν ἐὶς ἓνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα ποιητῶν οὐρανοῦ ἃ γῆς*, Credo in unū deū patrē omnipotentē poetā ſeu factorē cœli & terrę, Sic Moyſes in pētate uocho *ἐν ἀρχῇ ἐποίησε*. i. In principio po etatus est aut fecit. Et poesis factiōnē uel fictiōnē ſignificat, fingere autē non ſignificat mētiri, ut uulgus falſo exiſtimat, ſed cōponere. Inde figura, Hęc doctor ſanct⁹ rēſentationē uocat, quā ſi tolles, quid reliquum manebit in ſacraſſiſſima ſapientia? Cauet igitur qui poetas mētiri dicit, ne ſit uitiō de quo loquitur obnoxius. Quod Moyſes uates tuus, & poeta & propheta a ui mētis, Moyſen nō ſolū uerſibus luſiſſe accipim⁹ ſed eos q̄q; per quos maxima pars diuinę ſapientię ad nos eſt deriuata. Idumeus Iob. Dauid rex, Salomon, Iſaias propheta. Horū ſcripta quis neſcit patria lingua uerſibus conſtare? Inclinat̄ autē (ut & ſcholasticis no ſtris grāmaticę ſtudentibus cōſulam⁹) Hic Moſes, huius moſæ, & hic Moyſes, huius moyſæ, & hic Moſeus, huius moſei, & hic moyſeus hui⁹ moyſei apud ſcripturā diuinā, Iosephus in ſecundo libro antiquitatū Moyſi ab euentu rerum nomen inditum eſſe ſcribit, eo q̄ de flumine ſit ſaluatus. Aquam em̄ ægyptii moſ uocant, Yſes uero ſaluatus, componentes itaq; hęc ex ambobus Moyſes ei nomen impoſuerūt, i. ex aqua ſaluatus. Ego textui ad hęc ueritatis hebraicę legi⁹; moſaicę, cui nec ipſe Iosephus refragaretur ſi uiueret, ut ſcribit li. ii. cōtra Appionem nō decere mirari, ſi mortem fortiffime tolerant iudæi pro legibus. Exemplum extat legum ſuarum a iudæis fortiffime cuſtoditarum li. xviii. an tiquitatum capite decimo nono, textui inquam ego cōſentio. Sic textus in libro Elle ſchemoch, id eſt hęc ſunt nomina, quem nos exodum dicim⁹. Et trocauit nomen eius Moſeh, & dixit quia de aquis extraxi eum, a uerbo igitur hebræo maſcha, quod educere, extrahere, efferre præceptor meus Ioannes Reuchlin caput & columen ſalutiſerę ſapientię interpretatus eſt in opere quod fratri Dionyſio nuncupauit, quo libro phœnix non eſt rarior habitus ante paucos annos, Sed ingenue Horatius,

Poesis
 Figura

Liber de
 Rudimentis
 hebraicis

Virtutem inquit presentem odimus sublatam ex oculis querimus. Ego uero cum domirecoditam uelut in larario plausibiliter interuiso speciosam a pceptore meo editam feceram, diem mihi lucemq; exortam reputo. Sapientius simul ac lepidus de gallo & iaspide, quem si Pharisaeus noster *ἰσχυρῶς* quid sibi uelitedisceret, inueniret profecto clausulam ad se nouissimam examullim attinere, Barbaro. rustico, agresti. Fabulino. cauillatori, inutili nugatori, Barbari antiquitus omnes dicebant gentes, graecis Barbarus exceptis, auctor est Cato apud Plinium. Grammatica scientia est barbariem Grammatica relegans. i. rusticitatem in loquendo scribendoq; & aliud uicium quem solentem dicere possumus. Indoctissimo. exponit quod per barbarum significare uult. Fanatico. fatuo laruato, furis agitato, blateroni, minus caute, minus Fatuus considerate loquenti futilia friuolaq; Hi enim fatui dicuntur, Et qui numi Fanatici nis furore perciti sunt uexanturq; fanatici, lymphatici, cerriti dicuntur, Satyricus poeta. Et crine senex phanaticus albo, Afellus ad Iyram. Prouerbiu hoc de inepto dicimus, quemadmodum est illud quoque. Sus minervam docet. Ineptus autem non significat eum qui uulgo ita dicitur. Tu require in libro de oratore Ciceronis ex Crassi disputatione. Huic autem prowerbio afellus ad Iyram contrarium est secundum Aristotelem esse natum, ut est apud Aulum Gellum li. iii. Sciendum tamen plures apud ueteres fuisse parcemias. i. prowerbia de asino quales haec sunt *ἔξ ὄνου παρακλίσιος* id est ex asini prospectu, quosies insperata magnaq; produntur, & manifestantur. Item *πρὸς ὄνου σκία* id est de asini umbra, de his qui desiderant nosse futilia. Item *ὄνος πρὸς ἀγλῶν* asinus ad ubiam. Item *ὄνος λυβας*, asinus ad Iyram. Item *ὄνος εἰς ἀχυρα* asinus in paleas, de his qui praeter spem in bona incidunt. Item *ὄνου κείρετο*, asinum condes, de hominibus inefficacia aggredientibus. Cui est consimile *ὄνον πῶκος* *ἔτετο* asini uellera queris, & apud Au. Gel. Asinum inter simias fieri. Sed si modo per tempus & negocium

Mihi liceret & uacaret, belua
 Ostenderem recte tibi qui uir fies.
 At introrumpunt confodales audio.
 PHA. Abeo domum dictis onustus pessimis.
 LIX. Nunc Heluo quantum esset in rem tute scis
 Ut huic cauillatorium os contunderes.
 HEL. Sequar uirum, si mutiat, pugnos edet.

Liceret. tempore, uacaret propter negocia. At introrumpunt. uerbum ad significandum tumultum in compositis concursantiu non ineptum. Estq; *παρασκευη* id est praeparatio scenae sequentis.

Honustus
Oneratus

Abeo domum, Epilogus orationis Pharisum nostrum conuicit, Nam se uictum ex animo fatetur dictis pessimis, quibus fanatici fatui potius priusquam oraculis prophetis fatidicis retunditur, Honustus pro oneratus, poetæ namque confundunt, Oneratus quocumque onere pressus Honustus uero cui pondus honori est, Seruius li. i. xeni. Nunc Heluo, confirmat disputationem suam ampliore presidio Lixa, officium partem in Heluonem, aduersus hominem cum quo pugnis facilius, quam argumentis contenditur. Esset in rem. quantum ad rem pertineat amplius. Cauillatorium os dicax. uerborum futilium, calumniatorium, scurrile, Contra linguaces protrita circumfertur sententia, Plures lingua necat quam gladius. Cui uersus ille græcus subscribit, ἡ γλώσσα πάλαιος ἐστὶν ἀλεθρον ἢ γοῶν, lingua multos egit in perniciem, Sequar uirum, si mutiat pugnos edet, hæc cena parari debet stolidis, Plautino uero Sofise non placet estare ubi apponuntur pugni.

ACTVS TERTIVS
BUTTUBATTA SALAX. LIXA.
ARISTOPHORVS.

BVT. Dii uos edones combibones comici
Perdant omnes. LIX. heus, te uolo, BVT. quid lixa uis?
LIX. Dii ut te perire in rem uelint uel non bonam
BVT. in rem malam uis dicere? LIX. immo pessimam.

Catastro
phe

In Comœdia solet esse catastrophe. i. conuersio ad iocundos exitus, patefacta cunctis cognitione rerum, In hoc itaque actu tertio ad rem totam itur, & quæ reliqua sunt explicatur, Voluit enim pellere in labro æneo ut satifaceret istis cruciferis histrionibus, prodit igitur merce sua elota Buttubatta, & ut ludiones complices ad osculandum inuiter, egregias coccinnat sycophancias, moxque lufos re patefacta ad execrationem incitat maledicentissimam. Dii uos edones. secum Buttubatta, dii uos edones. i. uoraces, gulofos, edaces, græce phagones ab edacitate. Combibones. a bibendi consuetudine. Perdant omnes. antiqua orthographia. Quid lixa uis. Teren. quid uis faciam, uerbum faciam adiecit, Plautus in aulularia, quid uis tibi. Dii ut te perire in rem uelint, Plautinus iocus salitus & festiuus.

Edones
Phagones

BVT. Melius meatim te ominari peruelim.
Tu quod tuli uide, tene, consydera
Num bellule aclepide nitet post balneum